

Multa tulit fecitq; puer sudavit & alsit.

AVTOR AD LECTOREM.

Hoc opus Ephemeridum plurimū operæ, laboris ac temporis
requisiuit, ut ipse facile iudicare potes. Sed nulla me prorsus
molestia & difficultas deterruit, ab officioq; abduxit. Ipsemet
enim sextus singulas correcturas perlegi ac reuidi, ea cura & vi-
gilantia, ut sciam quàm emendatissima nostra in lucem prodire.
Necq; vero hoc ipse, vana gloria adductus, de me polliceor, sed
quiuis suapte industria id animaduertet. Et quemadmodum
multum interest in hoc artis genere singula correctissi-
ma extare, ita quoq; tibi hanc nostram vigilan-
tiam & sedulitatem gratam fore speramus.

Quam non tantū in hoc nostro opere,
sed in alijs etiā editis ac eden-
dis perspectam tibi
esse cupimus.

Feliciter
vale.